[illegible] mi pacat sopor · quotiens hora narrare
Fletibus et magnas iactantia pectora curas ·
Admota et pudendo manu · nil federe rupto
Coniugii sive super moveor · viduaque iuventa
Discruciat amor · nondum post flamea toti
Intepuere thori · tua me properabo fateri
Angit amata salus · tunc in comitatus inermis
Regna petes? poterisque tuis decedere thebis ·
Si neget · atque illum sollers deprendere semper
Fama duces, tumidum narrat raptoque superbum ·
Difficilemque tibi · necdum consumpserat annum ·
Me quoque nec vates nec extra inania divos
Aut avium lapsus · aut terribilis noctis imago !
Territat · ha memini numquam mihi falsa per umbras
Iuno venit · quo tendis iter · ni conscius ardor
Ducit et ad thebas melior socer · hec breve tandem
Risit · echionius iuvenis · tenerumque dolorem
Coniugis amplexu solatus et oscula mestis
Tempestiva genis posuit · lacrimasque repressit ·
Solve metus animo · dabitur mihi crede merentum
Consiliis tranquilla dies · te fortior annis
Nondum cura decet · sciat hec saturnius olim
Fata parens · oculosque polo demittere siquis
Iusticia · et rectum terris defendere curat ·
Fors aderit lux illa tibi qua menia cernes
Coniugis · et geminas ibis regina per urbes ·
Sic ait · et caro raptim se limine profert ·
Tydea iam socium ceptis iam pectore fido
Equantem curas · tantum post iurgia iures
Iunxit amor · socerumque affatur tristis adrastum
Fit mora consilio · cum multa moventibus una
Iam potior cunctis sedit sententia fratris
Pertemptare fidem · tutosque in regna precando
Explorare aditus · audax ea munera tydeus
Sponte subit · nec non et te fortissime gentis
Etholum · multum lacrimis conata morari ·
Deiphile · sed iussa patris tutique regressus
Legato · iusteque preces vicere sororis ·
Iamque emensus iter · silvis ac litore durum
Qua lernea palus · ambustaque sontibus alte
Intepet hidra vadis · et qua vix carmine raro
Longa sonat nemea · nondum pastoribus ausis
Qua latus eoos ephyres quod vergit ad euros ·
Sisiphiique sedent portus · irataque terre
Curva palemonio secludit unda licheo
Hic pretervectus nisum · et te mitis eleusin ·
Leuus habet · iamque arva gradu theumesia et arces
Intrat agenoreas · ibi durum ethioclea cernit
Sublimem solio · septumque horrentibus armis ·
Iura ferus populo trans legem ac tempora regni
Iam fratris de parte dabat · sedet omne paratus
In facinus · queriturque fidem tam sero reposci ·
Constitit in medio ramus manifestat olive
Legatum · causasque vie nomenque rogatus
Edidit · utque rudis fandi pronusque calori
Semper erat · iustis miscens tamen aspera cepit ·
Si tibi plana fides et dicti cura maneret
Federis · ad fratrem completo iusti anno
Legatos hinc ire fuit · teque ordine certo
Fortunam exuere · et letum descendere regno
Ut vagus ille diu passusque haut digna per urbem ·
Ignotas · pacti tandem succederet anle ·
Sed quoniam dulcis amor regni · blandumque potestas
Posceris · astriferum velox iam circulus orbem
Torsit · et amisse redierunt montibus umbre
Ex quo frater inops · ignota per oppida tristes
Exul agit casus · et te iam tempus apertos
Sub iove ferre dies · terrenaque frigora membris
Ducere · et externos sumissum abire penates ·